



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Historiae Ecclesiasticae Pars ...

Historiae Ecclesiasticae Pars Tertia, Qva Continentvr Hermiae Sozomeni
Salaminij lib. 9. Euagrij Scholastici Epiphanensis lib. 6

Christopherson, John

[Köln], 1569

Quę Eudocia imperatrix in Palęstina reparauerit, & de sancti Stephani
ecclesię ex ędificatione. Capvt XXII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12718

EVAGRII HISTORIAR

naturæ sustentatione egeant admodū paucis contenti sunt, propriæ voluntatis inimici & naturæ. Iuxta veterū placita proditores, sic vt omnibus modis illecebrę carnis arceatur, & anima gubernet, pulcherrima Deoque placita prudentem diligens tum obseruās, felices sanè illi propter presentis vitæ institutum, multo tamen feliciores hinc discessuri quo omnes suos conatus dirigunt, ad illud quod in optatis habent videndum properantes.

*Quę Eudocia imperatrix in Palestina reparauerit,
& de sancti Stephani ecclesia ex edificatione.*

CAPVT XXII.

CVm multis huius generis hominib⁹ Theodosij cōiūx collocata est, & multa eiusmodi monasteria, vt ante dixi edificauit: Hierosolymorum refecit mœnia, eaq; pulchriora reddidit. Templum extruxit præterea ad memoriam sancti Stephani, primi & diaconi & martyris, splendore ac pulchritudine eximiū, (quod quidem non stadio ab vrbe Hierosolyma distat) inque eo, simul atque ad vitam immortalem profecta est, condita fuit. Theodosius autem postea, vel vt quidam putant, ante mortem Eudocię, vbi triginta octo annos imperiū gubernauerat, decessit è vita: inque eo honoris gradu post eum locatus fuit, vix omnium facile præstantissimus, Martianus. Cuius res gestas imperium etiam Orientis administrantis, præspicue, cœlesti Dei gratia benignè nobis opem ferente, sequens docebit historia.

FINIS PRIMI LIBRI.

EVAGRII